Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

seculorum iterum ad istam sarci-
nam corruptibilis carnis et sup-
plicia pendenda redeundum sit
qua opinione quid horribilius
cogitari possit ignoro. Deinde
quis tandem iustus defunctus
est de quo non si isti vera dicunt
solliciti esse debeamus ne in sinu
abrahe peccans in flammas illius
divitis deiciatur. Cur enim non
et post hoc corpus peccare pos-
sit et ante peccavit. Postremo lon-
ge aliud est in adam peccasse
unde dicit apostolus in quo omnes
peccaverunt. et aliud est extra adam
nescio ubi peccasse. et ideo in adam
id est in carnem quae ex adam propagata
est. tamquam in carcerem trudi. Illam
vero opinionem quod ex una fiant
omnes anime. nec discutere volo nisi necesse sit.
Atque utinam ista de qua nunc agimus
si vera est. sic abs te defendatur
ut hoc necesse iam non sit. Quam-
vis autem desiderem rogem voveam
ardentibus exoptem et expectem
ut per te michi dominus huius rei au-
ferat ignoranciam. tamen si quod
absit minime meruero paci-
enciam michi petam a domino deo nostro
in quem sic credimus ut si aliquid
nobis non aperit eciam pulsantibus
velit. Nullo modo adversus eum mur-
murare debeamus memineram
ipsis apostolis dictum. multa habeo

vobis dicere. sed non potestis illa
portare modo. In his quantum
ad me attinet eciam hoc deputem
nec qui hoc sciam me indignum
indignum ne hoc ipso etiam con-
vincar indignior. Multa enim
alia similiter nescio que comme-
morare vel numerare non possum
et hoc tollerabiliter ignorarem
nisi metuerem ne aliqua istarum
opinionum contra illud quod firmis-
sima retinemus fide incautis
obreperet mentibus. sed antequam sciam
quenam earum potius eligenda
sit. hoc me non temere sentire pro-
fiteor eam que vera est non adver-
sari robustissime ac fundatis-
sime fidei qua christi ecclesia nec par-
vulos homines recentissime
natos. a dampnacione credit nisi
per graciam nominis christi quam in su-
is sacramentis commendavit pos-
se liberari. Item ad ieronimum de
eo quod scriptum est xxix. Qui totam
legem servaverit offendat autem
in uno factus est omnium reus.

Quod ad te scripsi hono-
rande michi in christo fra-
ter ieronime querens de huma-
na anima. si nascentibus singulis
nove singule nunc usque fiunt
ubi peccati vinculum contrahant quod
per sacramentum gracie christi eciam in infanti-
bus recens natis non dubitamus